

PROLEGOMENA.

ὅτι ἄρ' ἔστιν ἄν' ἄσφαλλος πόλις,  
ἢ ἢ τὰ μὲν δίκαια καὶ τὰ ἀσφαλλέα  
καὶ ἄλλω πάντῃσι.

Nunquam sanè iuta & secura esse potest ciuitas,  
In qua ius & modestia omnis  
Pedibus calcantur.

Et hæc paucula de ciuibus & subditis. Quid de Magistratibus? Eos in Repub. necessarios docet illud prouerbiale Poëticum: πῶς βάρων ἢ δόλιον ὄφρα & ἄρ' ποιμὸν ἀπῆ. Namq; vsus ouium nullus, vbi pastor deest.

Quantus sit ijs honor deferendus, docet Menander, cum Deos appellat: τὸ κραδίω, πῶς νομίσῃσθε θεός.

Quod imperat, nunc pro Deo habetur.

Hoc nimirum quoq; titulo eos Spiritus S. insigniuit. Volunt autem prudentes esse, vt innuit Eurip. — νοῦν καὶ τὸν στρατηγῶν ἔχουσιν, πόλις ὡς ἄρχων ἀνὴρ πᾶσι, ζωῶσιν ἰὺ ἔχωρ' ἔχουσιν.

Mentem conuenit ducem bellicum habere.

tiam habuerit. Volunt etiam commodis Reip. inuigilare: hinc Nestor Homericus: ὁ καὶ τὸν ἀπὸ στρατῶν, καὶ τὸς ἀμύμητι, ὁ καὶ πάντων ἡρώων βασιλεύοντων ἀνδρῶν, ὁ καὶ τὸν ἀπὸ στρατῶν, καὶ τὸς ἀμύμητι.

Vti etiam ad ciuitatis gubernacula idoneus est quiuis, qui prudentiam habuerit. Volunt etiam commodis Reip. inuigilare: hinc Nestor Homericus:

Non oportet noctem integram dormire consiliarium virum,  
Cui commissi populi & tanta res cura sunt.

In Magistratib. numero etiam duces belli, adeo vt non togata otia, sed etiam bellica negotia tractare Poëtas nostros intelligi possit. Scio quid dicturi sint Thrafonēs nostri, quibus illud iudiciū Hannibalis de Phormione perplacet & identidē in ore habēt. tanta est istorū hominū ἀσφάλεια. Quid verò? an norma sentiendi nobis erit turbulētus ille Pænus? neq; potius eū isto φηλαστίας aut ἀσθαδίας militaris morbo laborasse pronūciemus? Quod si iudicium illius probari potest, Phormionis ineptam disputationem fuisse necesse est, qui gloriolæ aura turgidus ausus est de reb. bellicis imperitè coram præstantissimo Duce differere. Scio Thrafonū istorum ingenia dura esse, quæ oratione nostra non possint emollescere. Noui insolentes, superbos, cōtumaces illorum animos, qui de rebus suis neminē prætereā hiscere patiuntur, adeo vt etiam viros literatos ad literarium puluerem ignominiosè & cum opprobrio relegēt & amendant. Quid si ex illo tam odio puluere eos belli Duces excitari doceamus, quib. nullus vestrū sit cōparandus? An non Tyrtæus ille Poëta Atheniensis (Nauita de Ventis) Lacedæmoniorū dux in bello Messeniaco satis euicit, ius quoq; in arma Poëtis nō denegari? Sed in his refellendis diutius nō est immorandum. Si enim etiam istorū iudicio docuerō, in Rei militaris præceptis optimè versari Poëtas. nihil est quod amplius postulē. Veritas ipsa eos in illis agere impetus, eā virtutē exeret, qualem orationi meæ infantia mea impertiri nō potest. Videamus porro, quid possit hæc in parte Poëtica. Quam sit arduum, in præstantissimum Ducem euadere, docet Euripides apud Stobæum his verbis:

στρατηγῶν δ' ἄρ' ἄριστοι γυνοίμεθα,  
ὡφείδ' ἄρ' ἔστι τις ἢ δὴν ἴσ' μακρῶ χρόνῳ.

Imperatores quidem innumeris fieri liceret,  
Sapientem verò vnum aut alterum, longo tempore.  
Ducis in consilio posita est virtus militum.

Qualis autem ille esse debeat, innuit Publius, cum dicit: Volunt eum prudentem esse Poëtæ, nec audacem ac temerarium, vt Euripides:

— σφαλιχὸν ἢ γὰρ θρασύνην  
καὶ τὴν ἀνδρείαν ἢ τὴν ἀνδρείαν.

— Periculosa res est, dux audax.  
Nauis enim nauta quietus in tempore, sapiens.  
Et hæc mihi rectè videtur foriitudo, prouidentia.

Volunt esse iustum, vt idem Euripides apud Stobæum:

— καὶ τὸν ἀπὸ στρατῶν  
ὁ μὲν δίκαιον ὄντα, ποιμὸν δὲ στρατῶν.

— Oportet Imperatorem  
Simul existentem iustum, regere exercitum.

Sed & prius eum militem fuisse volunt, quasi is nunquam probè imperet, qui nunquam paruerit, vt Menæder dicit: ὅστις στρατῶν μὴ στρατῶν γυνοίμεθα, οὐτ' ἔστι κατὰ νόμον ἔχων τὸν πόλεμον.

Quisquis exercitū imperat, cum nunquam fuerit miles,  
Is planè hecatomben hostibus educit.

In expugnando hoste id præcipuum esse volunt, vt cognoscatur ratio, qua possit capi. Et hoc Euripides præcipit: τὸ δ' ἐστὶν ἡγεμονία τὸν πόλεμον, ὡς καὶ τὸν πόλεμον ἡγεμονία τὸν πόλεμον.

Imperatoriam artem in hoc suam esse puto, vt bene  
Cognoscas hostem, quo maximè pacto possit cognosci.

An non hæc vox prudentissimi esse Imperatoris vobis videtur? Nam temerè non esse aggrediendum hostem id rei militaris caput est. Itaq; rectè Polynices ille apud Euripidem:

ἀσφαλλὴς ἔσ' ἔσ' ἀμείνων, ἢ θρασύνην στρατηγῶν.

Cautus melior est quam temerarius Imperator.

Nimirum in castris quoq; habitare potest & debet Poëtica, quæ se rei militaris ignaram non exhibeat. Id pluribus locis probare possum, sed hæc impræsentiarum sufficiat. In magistratib. autem nullus est Regia potestate augustior, nullus qui magis ad Deum accedat. Doceamus porro, ne à Regum etiam aulis eliminandam esse Poëtica. Primum Regiam dignitatem amant, vt Homerus:

ἐν ἀγαθῷ πολυκοίρανι τίς κοίραν' ἔστω,  
ἢ βασιλεύς, ὃ δὲ δὴ καὶ Κρόνος παῖς ἀγκυλομήτης  
σκηπτρόν τ' ἢ θύμινος ἴσα σφίσι βασιλεύς.

Non bonum est imperium multorum, vnus princeps sit,  
Vnus rex, cui dedit Saturni prudenti filius  
Sceptrum & iura, vt populo præsit.

Sed per vnum Regem solum Regem non intelligit populos moderari, siquidem & suo Agamemnoni alios adhibet consiliarios, Nestorem, Vlyssēm, Diomedem, Aiacem, & alios: sed hanc vnus cū suis consiliarijs autoritatem effrenatæ illi multitudini temerè discessum paranti opponit. Sunt autem consiliarij respectu Regis, idem quod membra respectu capitis. Neq; enim caput solū & à mēbris separatū constare potest: ex vtraq; aut cōiunctione egregia illa moles corporis concinnatur. Sic vbi consiliarijs suis Reges destituuntur, horrendum nescio quod monstrum truncum & lacerum videndum exhibent. Et hæc sunt ex Homeri sententia, in Homeri verbis superiorib. intelligenda.

Alioqui Poëtica tyrannides, hoc est, vnus soliusq; imperia insectatur, vt Eurip.

ὅστις τυράννην ἀστυνομήσει πόλιν  
ὅπου τὸ μὲν πρότερον ἐκ ἑσίου νόμοι  
κοινοί, ἀρατῆ δ' ἔστι, τὸ νόμον ἑκαστοῦ  
αὐτὸς παρ' αὐτῷ  
ναὶ αὐτῷ μὲν ἀγκυρὸν δὲ δὴ καὶ σφῆρα φησὶ  
ὡς πᾶσι ἀφ' ἑσίου νόμου τὸ ἀστυνομήσει πόλιν  
σφαλιχὸς, ὡς πᾶσι τὸ ἀστυνομήσει πόλιν.

Nil tyranno hostilius Reipub.  
Vbi primum quidem non sunt leges  
Communes, imperat verò vnus, legem possidens  
Ipse pro suo arbitrio. Idem prætereā apud Stobæum:  
Nauim vnica ancora nunquam seruat  
Vt tres demissa: & princeps vnus vrbī  
Periculosus est: adiungi verò & alium, non malum est ciuitati.

Altius ergo hoc expendamus. Quemadmodum Deus Opt. Max. licet per se & nullo alio adminiculo vniuersum Orbē regere possit, tamen habet in terris Reges, qui velut illius feudatarij acceptam huius imperij ab eo partē moderantur.